



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

XII. Ne in confinio mortis poenitens a reconciliatione diutine suspendatur:  
& vt oblatio eius qui poenitens, nec tamen reconciliatus de hac vita  
exierit, ab ecclesia receptetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

ANNO  
 CHRISTI  
 675.

cis haustum, traditam sibi non possent eucharistiam deglutire. Non ergo huiusmodi a corpore ecclesiae separandi sunt, qui talia non infidelitate, sed necessitate fecerunt; praesertim hi de quibus nihil fidei sinistrae sentitur. Placuit ergo definire, quod nec fidei officiat, nec infideli inultum existat. Quicumque ergo fidelis inuitabili qualibet infirmitate coactus, eucharistiam perceptam reiecerit, in nullo ecclesiasticae damnationi subiaceat. Similiter nec illos cuiusquam punishmentis censura redarguet, qui talia tempore infantiae faciunt, aut in qualibet mentis alienatione positi, quid fecerint ignorare videntur. Iam vero quicumque aut de fidelium aut infidelium numero corpus Domini absque inuitabili (vt dictum est) infirmitate proiecerit, si fidelis est, perpetua communione priuetur; si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod si horum quilibet huiusmodi excessus digna poenitentiae satisfactione defleuerit, post quinquennium licitum erit, illum communioni pristinae reformari.

XII.

Qui poenitentiam in mortis agit periculo, non diutine a reconciliationis gratia referendus est: sed si praecipuum mortis vrget periculum, poenitentia per manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est: ne prius ab humanis rebus aeger abscedat, quam donum reconciliationis percipiat; sicque superstitibus quodammodo doloris videatur esse perpetui, si praecipuum ab ecclesiae membris eum, qui utique recon-

\* differendus  
 \* praecipuum mor-  
 tis vrgetur peri-  
 culo,

26. quest. 6.  
His qui.  
Leo epist.  
91.

Concil.  
Carth. IV.  
cap. 79. &  
26. q. 6. per  
totam.

ciliari non meruit, raptim a præsentī vita mors ma-  
turata subduxerit: iuxta papæ Leonis edictum: His  
qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis  
instantia, præsidium pœnitentiæ, \* & mox recon-  
ciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda  
est, nec reconciliatio deneganda: quia misericor-  
diæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tem-  
pora definire. <sup>q</sup> De his autem qui accepta pœniten-  
tia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesser-  
int; quamquam diuersitas præceptorum de hoc  
capitulo habeatur, illorum tamen <sup>r</sup> nos sententias  
placuit sequi, qui multiplices numero de huiusmo-  
di humanius decreuerunt; vt <sup>s</sup> & memoria talium  
in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum  
dedicata spiritibus accipiatur.

## XIII.

Concil. Eli-  
beritanū c.  
29. & Pius  
papa. i. d. 33.  
cōmuniter.

Bene quidem <sup>r</sup> maiorum regulis definitum est,  
vt dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis  
ministeria sacra tractare non liceat: cui præcepto  
consensu rationis adhibito, id communiter defi-  
niuimus, vt nulli de his, qui aut in terram arrepti  
<sup>u</sup> a dæmonibus illiduntur, aut quolibet modo ve-  
xationis incurfibus efferuntur, vel sacris audeant  
ministrare altaribus, vel <sup>\*</sup> indiscuffos se diuinis in-  
gerant sacramentis: exceptis illis qui variis cor-  
porum incommoditatibus dediti, <sup>\*</sup> sine huiusmodi <sup>in</sup>  
passionibus in terram approbantur elisi. Qui ta-  
men & ipsi tamdiu erunt officii sui ordine & loco  
suspensi, quousque vnus anni spatio per discretio-  
nem episcopi inueniantur ab incurfu dæmonum a-  
lieni.